



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 10. Justini Obitus. Justinianus Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

rus, qui variis Muneribus antea bene fun-
ctus tunc Comitum Orientis Dignitatem
obtinebat. Cum illa calamitas urbem
Antiochenam affligeret, ipse quibuscun-
que poterat modis succurrebat miseris;
hinc populi amorem sibi conciliavit; nam
inter cœteras, quas colebat, virtutes sem-
per charitas in pauperes eminuit. Mag-
no etiam zelo profitebatur Religionem
Catholicam, quam pluribus editis libris
Græco Sermone, quippe hanc quoque
linguam non ignorabat, defendit.

Sæculum VI.
A. C. 527.

Sup. XXXI

§. 32.

Evagr. IV.

hist. c. 6.

Phot. Cod.

128. p. 773.

§. X.

*Justini obitus. Justinianus Impe-
rator.*

Justinus Imperator comperta Civitatis
Antiochenæ ruina vehementer indo-
lens magnam pecuniæ copiam misit, ut
repararetur. Anno sequente, cum haud
multum temporis se supervicturum omi-
naretur, Justinianum Nepotem suum
Augustum pronunciavit, eumque cum
Theodora uxore coronari jussit prima
Aprilis Indictione quinta Mavortio Con-
sule id est anno 527. Justinus exinde
circumactis quatuor Mensibus die Domi-
nica prima Aug. anno ætatis septuagesi-
mo septimo vivere desit, postquam an-
nos novem imperasset. Justinianus an-
nos vitæ numerabat quadraginta quin-

Theoph. an.

9. p. 147. 148.

Chr. Pasch.

p. 334. &

375.

Marc. Chr.

an. 526. 527.

Dd 4

que,

Sæculum VI. que, regnavitque annis triginta novem.

A. C. 527. Huic Principi statura corporis erat supra mediocrem, oculi valde instabiles, aspe-

ap. Rub. hist. Ravenn. p. 897. ctus jucundus, rari capilli. Barbam more Romanorum sibi radebat. Ita repræ-

sentatur in tabella operis Musivi, quæ hodieque Ravennæ in Ecclesia S. Vitalis visitur, & Justiniani ætate picta creditur.

Cang. fam. Byz. in Justin. p. 97. Hæc ex uno latere Altaris Majoris collocata, ex altero in simili tabella Theodora Imperatrix exhibetur, uterque tan-

Alam. not. ad Procop. p. 366. quam oblationem suam in Ecclesiam portans. Justinianus Capitis tegumentum habet, quod cudonis figuram refert, unionibus distinctum. Id a Persis mutuatus fuisse videtur, nam dicit de eo Proco-

Proc. Anecd. c. 14. c. 8. 12. pius, Justinianum Barbarorum vestibus fuisse delectatum. Non multum cibi capiebat, nec somnum protrahebat, solitus sæpe de nocte surgere, & in Palatio ambulare. In Quadragesima post alteram

Id. i. edific. c. 7. demum diem sumebat alimentum, nempe olera Sylvestria Sale & aceto macerata, eaque ipsa pauca, & sine pane. Tunc

etiam sola aqua sitim levabat. Antequam Imperator fuisset salutatus, omnia Bona sua Ecclesiis S. Sergii & S. Bachi, atque SS. Apostolorum, quas in ædibus suis ædificaverat, donavit, ibique selectissimorum virorum Monasterium fundavit. Paucis, magno fervore & zelo Religionem colebat.

§. XI.